

www.e-rara.ch

Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae

Geiger, Mauritius

Typis Monasterij S. Galli, 1722

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis XV. Articulus decimus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.


e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CATECHESIS XV.

ARTICULUS DECIMUS.

Remissionem peccatorum. S. Simon.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. *Quid decimus edocet nos articulus?*
2. *Quomodo fit remissio peccatorum?*
3. *Quomodo fit remissio pœnarum?*

MISCELLANEA.

*Quinam habent potestatem in Ecclesia
dimittendi peccata?*

*An nullum tam enorme peccatum, quod
non dimittatur?*

An etiam relapsis donantur peccata?

*An homo quispiam est certus de remis-
sione peccatorum?*

*Quæstio Prima: Quid decimus nos edocet
articulus?*

*Q. I.
Quid de-
cimus do-
cet articu-
lus?*

*R. Quòd in Ecclesia Catholica remittantur
peccata, & peccatorum pœnæ; si ordinata ad
hæc adhibeantur media.*

*Articulo priori primum retulimus pri-
vilegium in Ecclesia existentium, Com-
munionem Sanctorum; nunc alterum,
& quidem singularissimum additur, quòd
in Ecclesia inveniatur remissio peccato-
rum*

*Remissio-
nem pec-
cato-
rum, &c.*

rum. Ablass/ id est, Nachlass und Vergebung der Sünden. *Joan. 20. v. 3.* E ratio est, quia cum omnes nascamur filij iræ. *Eph. 2. 3.* & insuper quotidiana sine fine contrahamus delicta, nec aliquid coinquinatum intret in Cœlum, meritò & necessariò Ecclesiæ data est potestas, per quam peccata quocunque tempore, & quantacunque, & a quibuscunque commissæ per Christum & ejus merita remittantur, si debita & ab ipso præscripta adhibeantur media.

Credimus ergo hîc Charissimi, & confitemur esse in Ecclesia potestatem remittendi peccata, quâ si ritè & secundum leges à Christo Domino præscriptas, Sacerdotes utantur, verè remittantur & condonentur peccata. *C. R. q. 1.* Christus enim pro peccatis nostris passus eo ipso meruit, per se & ministros suos illa extinguere, & quasi annullare. *1. Pet. 2. v. 24.*

Articulus
necessa-
rius.

Articulus planè creditu necessarius; Oportebat prædicari in nomine ejus penitentiam, & remissionem peccatorum. *Luc. 24. v. 27.* Valde quoque consolatorius, innuens ad peccandum pronissimæ naturæ nostræ medelam.

Et utilis.

Sed tum maximè efficax, si contritionis, & spei motu in Symbolo oremus: Credo & confiteor me hominem mortalem, fragilem, infirmum, & peccatorem
maxis

maximum, nihilominus & hoc credo, quod per præscripta à Christo media, præcipue sanctissima Sacramenta infallibiliter & efficacissime ab omnibus liberer peccatis, simulque pro operis dignitate, & devotionis intensione à peccatorum pœnis: ad quæ universa media ritè exequenda suppliciter peto gratiam & occasionem opportunam, &c. Sed pro rudibus sit.

Quæstio Secunda: *Quomodo ergo fit remissio peccatorum?*

R. Per Confessionis præcipue Sacramentum, & per veram contritionem.

Sicut verum est dari in Ecclesia remissionem peccatorum, ita certum est, eam non fieri nisi à solo Christo, & modis ab illo præscriptis; remittere enim peccata est opus solius Dei, nec ullius potestatis sæcularis: licet enim furi v. g. possit Princeps remittere suspendij pœnam, non tamen peccati tollere maculam; fur enim semper manet fur. Deus autem & pœnam tollit & peccati extinguit maculam, per gratiam, eadèmq; animam mirificè exornat. Modus quoque & media & ministri remittentes peccata alij esse nequeunt, quàm quos idem instituerit Christus ob eandem rationem. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas, nam sce-

M m

lerum

Q. II.
Quomodo fit remissio peccatorum?

Peccatum
Originalis
deletur
per
Baptis-
mum

Peccata
actualia
per Pœni-
tentiam.

Venialia
etiam
per alia
Sakra-
menta.

lerum remittendorum eadem ratio vide-
tur esse, quam in pecunia debita servare
oportet; quemadmodum igitur à nemi-
ne, nisi à creditore pecunia, quæ debe-
tur, remitti potest; ita cum uni Deo pec-
catis obstricti simus (liquidem quotidie
oramus, dimitte nobis debita nostra)
perspicuum est, à nemine nisi ab illo debi-
ta nobis condonari posse. *Cat. Rom. q. 6.*
Igitur ad remissionem peccati Originalis,
aliorumque ante ingressum Ecclesiæ, dire-
ctè institutus est Baptismus. *Joan. 3. v. 5.*
Ephes. 5. v. 25. Tit. 3. v. 5. Quia verò etiam post
baptisma peccamus propter continuam
carnis adversus spiritum pugnam. *Gal. 5.*
v. 17. Ideirco ad illa quoque tollenda di-
rectè institutum est Sacramentum Pœni-
tentiae. *Joan. 20. v. 23.* Accipite Spiritum
Sanctum, quorum remiseritis pecca-
ta, &c. Similiter & Contritio vera cum
implicito saltem voto confitendi, delet
peccata, ut quotidianis pater exemplis.

Reliqua verò Sacramenta venialia
duntaxat tollunt, nec nisi per accidens
mortalia, quatenus suscipiens aliquod
Sacramentum bonâ fide putet se carere
mortali; directè enim & primariò ad aug-
mentum gratiæ & conferenda auxilia
actualia pro certis animæ necessitatibus
instituta sunt.

Sacra-

Sacramentalia verò v. g. oratio Domini-
mica, aqua Benedicta, unctio pectoris,
Benedictio Episcopi ex antiqua traditio-
ne juxta quosdam, & ipsa directè tollunt
venialia, utpote actus externi Religionis
ad eolendum Deum accommodati, juxta
alios verò indirectè tantum, sicut & aliæ
ceremoniæ Ecclesiasticæ, quatenus pios
in nobis excitant motus amoris, doloris,
&c. Quorum virtute deinde immediate &
directè peccata tollantur. Ratio prioris est,
quia nusquam promissio gratiæ & remis-
sionis peccatorum ijs facta reperitur. Ra-
tio posterioris: quia Ecclesia per Sacra-
mentalibus ejusmodi motiones nobis exo-
rat, ut dicitur *infra Cap. 2. Cat. de Sacra-*
mentalibus.

Indirectè
etiam per
Sacra-
mentalibus.

Sed quinam habent in Ecclesia potesta-
tem remittendi peccata?

Quis po-
test di-
mittere
peccata?

Omnes & soli ritè ordinati & à supe-
rioribus, Ecclesiasticis approbati Sacerdo-
tes; eam quippe accipere à Christo ad Cœ-
los ascensuro, ut illius nomine & vir-
tute posthac perpetuò in Ecclesia peccata
dimitterent. *Joan. 20. v. 23.*

An nullum tam enorme peccatum,
quod Deus non remittat? nec ullus tan-
tus peccator, qui veniam non consequa-
tur?

An nul-
lum tam
grave,
quod
non di-
mittatur?

Nullus; quia vult Deus omnes salvos

M m 2

fieri.

fieri. 1. Tim. 2. v. 4. Venite ad me omnes. Matth. 11. v. 28. Virtus quóque Passionis est infinita, infinitè efficax movere Deum ad miserendum omnibus. Quid non prodest pœnitentia? quis in sæculo peccavit enormiùs Paulo? quis in Religione enormiùs Petro? illi tamen per pœnitentiam, meruerunt assequi non solum ministerium, sed etiam magisterium sanctitatis. S. Pet. Chrysol. Exempla quóque sint Manasses, David, Magdalena; unicum tamen peccatum æternum non dimitteretur, ultimata & finalis impœnitentia & desperatio de qua Christus Matth. 12. v. 32. & v. 45. Et Rom. 1. v. 5.

An relapsis ignosciam Deum?

An Deus quotiescúmque etiam relapsis condonet peccata?

Condonat, plusquam septuagies septies. Matth. 18. v. 21. Quòd autem dicantur nonnulli implere mensuram peccatorum. Matth. 23. v. 33. intelligendum, Deum non nisi ad certam mensuram peccata impunè tolerare, quâ impletâ punire peccatorem morte temporali per infauftum aliquem casum, ut plurimum sine præparatione, ex quo proin sequatur etiam mors æterna; pater in Sodomitis, Judæis, &c.

An homo quispiam, est certus de remissione peccatorum?

An hominum quispiam est certus de remissione peccatorum & propria Justificatione?

Dice

Dico, non est infallibiliter certus, nisi ex revelatione discat, ut Petrus, Magdalena. Licet enim verum & de fide sit, per media ab Ecclesia præscripta consequi nos remissionem peccatorum,, incertum tamen est, an rite, perfectèque media illa adhibita sint, an bene dispositi, &c. Unde nescit homo, an odio vel amore dignus sit. *Ecccl. 9. v. 1.* De propitiato peccato noli esse sine metu. *c. 5. v. 5.* Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum.

1. Cor. 4. v. 4.

Dico, ulterius, valdè tamen probabiliter quandoque conijcere potest homo, se esse in statu gratiæ, & peccata dimissa, prout cognovit Paulus. *Rom. 8. v. 16. 28.* *Luc. 7. v. 49.* Cujusmodi signa sunt, si quis credat se moraliter fecisse, quod in se est ad remissionem peccatorum, si tranquillorem se sentiat post, quàm ante confessionem, si ad peccata illa aversionem quandam sentiat, si timorem & filialem affectum in Deum experiat: per hæc & hujusmodi Spiritus DEI reddit testimonium Spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Signa.

Porro utilis est hic timor incertæ Justificationis, tum ad conservandam humilitatem, cautionem, majorémque diligentiam serviendi Deo, ne unquam malà

securitate torpescamus, sed cum metu & timore salutem nostram operemur. Continuaturs hic timor ex eo, quod etsi sciretur certa modò justificatio, incerta tamen est finalis perseverantia, à qua salus dependet.

Q. III.
Quomodo fit remissio
pœnarum?

Quæstio Tertia. Quomodo fit remissio pœnarum peccatis debitarum?

R. Per indulgentias, aliâque opera satisfactionis.

Cum enim peccata sint sæpè gravissima, dolor verò ac detestatio vix cum Sacramento ad delendam culpam afferat sufficiens, restat plerumque maxima pœnarum pars persolvenda. Tolluntur ergo partim per ipsam Sacramenti injunctam pœnitentiam; partim per opera pœnalia, opera misericordiæ, partim per indulgentias, ut dicitur *infra cap. 2. Cat. de sacr. Pœnitentiæ, & Cat. de satisfactione per indulgentias.*

RECAPITULATIO.

HÆc de articulo decimo summa est. (1.) Docet hic articulus in Ecclesia dari remissionem peccatorum, & pœnarum per præscripta à Christo media. (2.) Fit autem remissio peccatorum per Confessionis præcipuè Sacramentum, & per contritionem veram, similiter & per baptismum, per alia quòque Sacramenta, quoad

quoad venialia: indirectè etiam per Sacramentalia, ceremonias, &c. Absolvendi potestatem à peccatis soli habent sacerdotes. Nec ullum tam enorme peccatum, quod non remittat Deus sæpiùsque iteratum, & licèt de justificatione sua certus nemo sit, ex conjecturis tamen probabilissimè id conijcere licet. (3.) Pœnarum remissio fit per satisfactionem impositam in confessione, aliàque opera pia, & maxime per indulgentias.

EXHORTATIO.

Discimus hîc Charissimi primò, maximi Discimus 1.
 æstimare hoc donum & gratiam Ec- æstimare
 clesiæ concessam, quâ remittuntur quæ benefi-
 cunque peccata, & homines ex injustis cium re-
 justis redduntur, quod infinitæ potentiæ missionis
 opus est, & quidem ex S. Augustini sen- peccato-
 tentia, majus, quàm ipsius creatio mun- rum.
 di de nihilo: infinitæ quòque misericor-
 diæ & charitatis, quia sanguine suo &
 acerbissimâ morte promeruit nobis Chri-
 stus hoc donum. Et sicut medicinæ pre-
 tiosæ, multâ medicorum arte & industriâ
 paratæ, magni æstimantur; ita multò
 magis remedia à Dei bonitate, ad animæ
 curationem instituta, à nobis suspicienda
 sunt. Cat. Rom. q. 5.

2. Multâ
spe adhi-
bere me-
dia, &c.

Discimus secundò, multâ spe & fiduciâ adhibere media, ad consequendam remissionem peccatorum. Esto enim præoccupetur quis irâ, invidiâ, gulâ, &c. & peccatis numero infinitis, ecce ad manum media! ecce paratissima omni horâ & momento Sanctissima Sacramenta! ecce Sacramentalia, aliâque Catholicæ fidei opera! cultum v. g. & usum Crucis, cultum & intercessionem B. Virginis & Sanctorum, &c. Quorum respectu det tibi Deus gratiam pœnitendi, &c. Accedentibus insuper, ut Articulo præcedenti dictum, precibus & exemplo aliorum fidelium.

Quare fiducialiter respiscendi animos sumamus, solis quippe impœnitentibus & obstinatis negatur venia peccatorum. Creberrimè quôque hæc ipsa apprehendamus salutis media; tum ne injuriosi in Divinam peccemus bonitatem; qui enim re utili & necessariâ non utitur, eam contemnerè censetur: tum ne differendo morte præoccupati locum pœnitentiæ amplius invenire non possimus; quorum omnium præcipuè memoriam renovemus, cum affectuosè in symbolo oramus: Credo Remissionem peccatorum, &c.

HERE.

HÆRETICORUM OBJECTIONES

Hæretici moderni remissionem peccatorum Christo adscribunt, nec nisi per specialem fidem apprehendendam.

Remissionem peccatorum, Hæretici adscribunt soli fidei.

Catholica veritas est, remissionem peccatorum Christo adscribendam, sed per Sanctissima Sacramenta apprehendendam, ut passim hoc libro probatur.

Ijdem docent, peccata in justificato etiam homine remanere, nec verè extingui, sed regi tantum, ac si Medicus vulnus obligeat, peccata autem ejusmodi nihil

Peccata regi non deleri, docent ijdem.

operari, eo quod impurentur ad pœnam; ait enim Calvinus in antidoto contra Conc.

Trid. Sess. 5. Manet peccatum verè in nobis, neque exstinguitur per Baptismum: Et in

Instit. l. 4. c. 15. Perspicuum est, quàm falsum sit, quod pridem docuerunt nonnulli, per baptismum solvi nos & eximi à peccato originali.

Sed Catholica veritas est, peccata etiam quoad culpam verè dimitti & extingui: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Joan. 1. v. 29. alii-

que innumeri textus. Quia impossibile est, ut peccati remanente culpâ non im-

puteretur ad pœnam, quia peccati culpam odit Deus necessario, quod odium est ipsa hominis pœna. Denique an ergò sanguis,

mors, & merita Christi non sint tam effi-

cia

cacia, ut regere, occultare tantum valeant peccata, nec tollere? concedamus potius quod peccatorum maculas perfecte abstergant. *Psal. 50. v. 4. & 1. Joan. 1. v. 7.* Peccatorum vulnera perfecte sanent. *Mich. 1. v. 9.* Prout & multi Chyrurgi nonnunquam sanant, ut ne ullum vestigium remaneat. Vincula perfecte rumpant. *Psal. 115. v. 26.* Mortem plane tollant. *1. Joan. 43. vers. 24.*

Obije. Beati, quorum recta sunt peccata. *Psal. 31. v. 1.*

R. Quædam etiam, quæ tolluntur, regi dicuntur, sic Chyrurgus dum vulnus emplastro regit, tollit. Deinde cum tot textus clarissimi sint in contrarium, ille ad hos, non hi ad illum, est regulandus. *Aug. in expos. Psal.* aperte asserit, Deum ita regere peccata gratiâ suâ & misericordiâ, ut ea nunquam videat amplius, penitusque à divinis suis proijciat oculis.

Apostas
fiam, &c.
nunquam
dimitti
sensit
Novatus.

Novatiani senserunt apostasiam à fide, & quædam alia nunquam dimitti. Unde

Obije. Peccatum in Spiritum sanctum non remitteretur ei, &c. *Matth. 12. v. 31.*

R. Difficulter, id est, quia ipse peccans ægre admitteret gratiam à Deo oblatam.

Obije. Pro impenitente non rogandum. *1. Joan. 5. v. 15.*

R. Pro impenitente finali.

Obije.

Objc. Elau non invenit veniæ locum.

Heb. 12 v. 17.

R. Doluit sine proposito emendationis. *Gen. 21. v. 46.*

HISTORIÆ.

THais Meretrix decantata, atque à S. *Peccatrix*
Paphnutio conversa, cum omnia libi- *Thais*
dinis instrumenta in foro combussisset, *peccato-*
cellæ se inclusit panis & aquâ victitans, *rum veni-*
ipsūque DEI nomen proferre non ausa *am mere-*
orabat: Qui me plasmasti, miserere mei. *tur.*

Exacto triennio visum est cubile auro,
gemmisque refulgens in Coelo, delapsâ
voce: Thaidi olim meretrici; eoque ex-
spirans migravit. *In vit. Pat.*

David in Thebaide Latronum princeps *Et latro*
post innumera homicidia compunctus *David.*
ad monasterium venit suscipique petijt,
ad quem egressus Abbas, vidensque jam
senem dixit ei: Non potes hic manere,
quia multos labores tolerant fratres, &
multam abstinentiam, cui tu assuetus non
es, nec aptus. Ille verò urgebat, ape-
riensque quis esset dixit: Scias me Davi-
dem esse famosum illum Latronum prin-
cipem, & idcirco veni huc, ut defleam
peccata mea, si autem me non suscipis,
protestor, ad priorem statum redeo, &
vos omnes interficiam. Susceptus ergo
cæpit

cæpit abſtinentiâ, humilitate, obedientiâ cunctos antecellere; die quâdam ſedens in cella audivit vocem: David, David, remiſit Deus tibi peccata tua, & eris ex nunc ſigna faciens; reſpondit ille: credere non poſſum, quòd tanta peccata tam brevi tempore remiſerit Deus: Cui Angelus, ſi Zachariæ non credenti, cùm filium promiſi, linguam vixi, eris ergo amodo non loquens. Ille verò humi proſtratus: Cùm eſſem in ſæculo & nefaria ſcelera faciens, loquebar: nunc cùm ſervire DEO volo, & illi laudes offerre, tu linguam ligas? Reſpondit Angelus: Cùm pſallendum tibi erit, loquêris, aliàs verò penitùs tacebis; recitabat ergò pſalmos, nec aliud verbum ullum proferre poterat, plurimâque alia ſigna per illum & miracula oſtendit DEUS. *Sophr. apud March. lect. 12. pr. 2.*

Et puella
impura.

Puella quædam ob impuros amores à parentibus correpta, primò Matrem veneno, mox Patrem in ſomnis cultro occidit. Exinde veniri diù deſperate vacans tandem in concione magnitudinem miſerationem Dei audiens, confeſſa eſt peccata ſua, ſatiſfactione injunctâ, ut cras ad concionem rediret; interea verò tanto dolore animi correpta, ut pedem è templo eſſe re

efferre non valens exspiraverit, voce auditâ illam Cœlo insertam. Cat. Hist. c. 2. Tit. 3.

Abbatem Sisoy interrogabat quidam: Relabentem peccata
Ecquid agam, si in peccatum lapsus fuerit? surgetem po-
ro? surge, inquit. Sed quid si denuò nitere
labar? iterum resurge. Sed quoties resur- docet Si-
gam? quoties laberis; tandiù enim re- fous.
missio peccatorum in Ecclesia, usque
dum mors stantem te aut jacentem de-
prehenderit. In vitis Patrum. Vide plura
sap. seq. Cat. de sacr. Confess.

